

utilia, & quae in scripturis sacris salubria inueniuntur.
vt ad cognitionem perfectam veritatis et sapientie per-
ueniamus, qua cernitur et tenetur summum bonum.
Summo autem bono asscuto & adepto, vere beatus
quisque fit, cum summa sapientia plene & perfecte in e-
num perficitur, quia sine hac sapientia nemo fieri bea-
tus potest, sicut ipsa veritas & sapientia Christus ad pa-
trem loquens testatur, Hec est autem inquit vita eterna,
ut cognoscant te solum verum deum, & quem misisti
Hiesum Christum. Consequenter autem hic intelligit
spiritus sanctus, qui est patris filiusque tanquam charitas con-
substantialis amborum. Tunc ergo cognitione dei erit perfecta,
quando mors erit nulla, tunc et beatitudo erit plena;
quando dei clarificatio erit summa. Sed prius hic quodam
modo clarificatur deus, dum per fidem credentium, et
sanctorum scripturarum manifestatorem in tota mundo
latitudine predicatur, nunc enim uideamus eum per spe-
culum in enigma, tunc autem facie ad faciem, nunc
cognoscimus ex parte, tunc autem cognoscemus sicut
& cogniti sumus.

QVIUS OBSCVRITATIBVS SCRIPTVRA
SACRA SIT INVOLVTÄ, ET QVOD EAM
TEMERE ALICVI LEGERE NON LICEAT.

Ca. III.

Gitur scriptura diuina, qua tantis morbis huma-
narum voluntatum subuenitur, ab una lingua
perfecta, qua oportune potuit per orbem terrarum
diffeminari, per varias interpretum linguas longe lateque
diffusa est, ut innotesceret gentibus ad salutem. Quam
legentes nihil appetunt aliud, quam cogitationes vo-
luntatemque illorum a quibus conscripta est inuenire.
& per illas voluntatem dei secundum quam tales homines
loculas credimus. Sed multis et multiplicibus obscuri-
tibus & ambiguitatibus decipiuntur, qui temere legunt.

aliqua feliciter, cum non finis
sit aperte, dicitur in caliginosum
in profumum & dominum non
datur superbum. Si intellectu
intelligentia in diligita plena
entitatem trahit, plena loca tro-
dida, finis quoque in terra ma-
gisteriose, et si sensus &
intelligens, a profundi dignitate in-
venit, non in ambiguitate &
equivoco, cum aliquo difficultate i-
nveniatur. Qui cum profusi noi-
sitione, summa liberata, quatenus i-
nspicitur, habebit permane-
tiam, et a longo cursum, et aq-
uila pueritate in seipso la-
vi, locis operibus facili occu-
pat, etenim dulci denera. Nihil autem
fauoribus erit, atque plantione
DE GRADIBVS SA-
ET CHARITATIS.
Nam omnia enim opus est ei quod
pietate peruenire calmen, deli-
ctum, agnoscendum eius volunta-
tum, quod in gradibus propria. T
equilibrio, et nobis moralitate et
intelligenzia, et quasi donatio
intelligentiae ligio crucis affligit. I
n die patet, neq; corradiere diu-
nitatem, neq; quicquid nisi quod in
intelligentia peccatum possimus
intelligere, et melius et uerius fa-
vorem, quod nos gaudiosos fa-

aliquid pro alio sentientes, quibusdam autem locis quid vel falso suspicentur, cum non inueniunt, ita obscure dicta quedam, densissimam caliginem obducunt. Quod totum prouisum esse diuinitus non dubito, ad edomam labore superbiam, & intellectum a fastidio renouandum, cui facile inuestigata plerumque vilescunt. Sunt enim in diuinis libris plurima loca tropicis locutionibus difficultia, sunt quoque multa rerum magnitudine eximia, atque ideo necesse est, ut & sensus & ingenij sagacitate inuestigentur, & pro sui dignitate intellecta venerentur. Nemo enim ambigit per similitudines libentius quaeque cognosci, & cum aliqua difficultate quesita multo gratius inueniri. Qui enim prorsus non inueniunt quod querunt, fame laborant, qui autem non querunt, quia in promptu habent, fastidiose permanescunt. In utroque autem languor cauendus est. Magnifice ergo et salubriter spiritus sanctus ita scripturas sanctas medicauit, ut locis apertioribus fami occurseret, obscurioribus autem fastidio detegeret. Nihil autem fere de illis obscuritatibus eruit, quod non planissime dictum alibi repiat.

DE GRADIBVS SAPIENTIAE

ET CHARITATIS.

Ca. III.

Nec omnia enim opus est ei qui desiderat ad sapientie peruenire culmen, dei timore cōverti, ad cognoscendum eius voluntatem, quid nobis appetendum fugiendumque precipiat. Timor autem iste cogitationem de nostra mortalitate et de futura morte necesse est incutiat, et quasi clauatis carnibus, omnes superbius motus ligno crucis affigat. Deinde mitescere opus est pietate, neque contradictione diuinę scripture, siue intellectu si aliquis uicia nostra percutit, siue non intellectu quasi nos melius sape meliusque possumus, sed cogitare potius et credere id esse melius et uerius quod ibi scriptum est etiam si lateat, quod id nos per nosipos sape possumus. Post

p. ij

